

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

36

1472 marzo 22, Ind. V, Macsa [Marsico (?)]

† In nomine Dey eterni et salvatoris domini nostri Iesu Christi amen, anno a nativitate Domini millesimo quatricentesimo septuagesimo secundo, regnante... Ferdinando de Ragonia Dei gratia rege Hungarie, Ierusalem et Sicilie citra farum, regnationis eius huius... regni anno decimo quarto,... die vicesimo secundo mensis martii, quinte indictionis, apud civitatem Macsa, partium Principatus.

Nos Angelus Pancza de dicta civitate Macsa, regia auctoritate ad contractus iudex per totum regnum Sicilie citra farum, Minucus de Eustasio de terra Dyane, incola dicte civitatis Macse, puplicus ubilibet per totum... regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius et testes subscripti, viri inlicterati, in defectu licteratorum,... fatemur... quod... constitutus personaliter... Petrus Cavalerius, de dicta civitate Macse,... ad interrogationem sibi factam per... Loysium Leunardum de dicta civitate Macsa,... confessus fuit... recepisse... mutui nomine... gratis gratiose et amore et non spe alicuius fenoris usurarum aut lucris... a dicto Loysio... unciam unam et tarenorum viginti quinque,... quas... prefatus debitor... restituere... promisit... per totum festum sancti * de mense iunii proximi futuris anni V indictionis. Acto inter partes ipsas... quod per predictum debitorem... non possit... dici... dictas unciam unam et tarenos viginti quinque fuisse... restitutas... et restitutionem... probari... nisi si presens instrumentum incisum, ructum et cancellatum apparebit legitime in manibus et posse dicti debitoris vel heredum...

1

punto di domanda nell'interlinea

† Signum crucis proprie manus Elias Salerni testis ydiote scribere nessientis

Signum crucis proprie manus Marsicanus de Cilento testis ydiote scribere nessientis

† Signum crucis proprie manus Bony Agurii testis ydiote scribere nessientis

Signum crucis proprie manus Gaspari Macsiotta testis ydiote scribere nessientis

† Signum crucis proprie manus Marini Inbuti testis ydiote scribere nessientis